

den jubelnden Wettstreit der Künste herab wie leiser Harfenton der liebliche Zweiklang : *Licht und Friede*".

H. KISSEL, Ockstadt.

* * *

RELAAS OVER DE BEGRAFENISPLECHTIGHEID VAN PRELAAT VANDER STERRE, DER ST-MICHIELSABDIJ TE ANTWERPEN

Het HS. *Acta Ecclesie S. Michaelis Antverp. 1652-1741* (1), bevat een tamelijk uitvoerig relaas over de begrafenisplechtigheid van Prelaat Johannes Chrysostomus Vander Sterre, abt van St. Michiels, en vicaris-generaal voor de Brabantsche Circarie.

De man die een der meest merkwaardige figuren was uit de Ordegeschiedenis in de XVIIe eeuw en vooral met veel succes gearbeid heeft aan de historiografie van Sint Norbertus, werd ter aarde besteld met een prinselijke staatsie. Heel kerkelijk en civiel Antwerpen staat geschaard rond zijn graf, waarrond, in tegenstelling met het heerschend gebruik, alles in *witte* kleur opgesmukt is.

Wij dachten deze bladzijden belangrijk genoeg, om als omlijsting te dienen voor het levensbeeld van den grooten prelaat van St. Michiels.

Abdij Tongerlo.

A. ERENS, archivaris.

Anno 1652, 28 Julii, omnibus Ecclesie Sacramentis munitus, inter preces et lachrymas filiorum et confratrum suorum, sub vesperam pie obiit Rev. adm. et Amplissimus Dominus D. Joannes Chrysostomus vander Sterre, Abbas et Vicarius generalis, Sylveducensis, etatis A° 62, professionis A° 44, sacerdotii A° 39, prelature A° 23.

29 Julii a meridie usque ad vesperam publice videndus expositus fuit in aula majori abbatie, in lectica pulchre ornata, pontificalibus indutus, cum cappa choralis ex panno argenteo aureis frondibus intexto, cum mitra et pedo, stratus, et circum circa ardebant candelae ex alba cera, aula tota, cum gradibus et inferiori introitu abbatiae vestita erat panno albo, cui in exequiis undequaque erant affixa insigna praelatitiae, et ad caput abbatis erant in mensa exposita cadelabra argentea cum cereis et cruce in medio.

1) Hs. bewaard in archief der Abdij Tongerlo : E. II

30 Julii summo mane hora tertia, ob periculum corruptionis, sine ceremoniis, servato solo ritu Statutorum de sepultura pomeridiana, precedente conventu cum cruce, ceroferariis, thurbulario, et priore cum nigra cappa choralis, ac post funus comitante solo Rev. Domino Decano Iprensi, defuncti abbatis fratre germano, ex abbazia per planitiem, locutorium et ambitum, a sex fratribus sacerdotibus ad ecclesiam delatus, ac in capella S. Marie ante altare in sepulchro Ampl. Dni Christiani Michaelis pie memorie abbatis, sepultus est. — Anno vero 1660 translatus est ad chorum in sanctuario juxta latus graduum in sanctuario juxta latus graduum altaris ad cornu epistole) ²⁾).

31 Julii post meridiem hora tertia, processio funebris egressa est per ostium abbatiæ ad planitiem versus plateam, transeundo per plateam vulgo *Cortevlietstege*, dein *de corte en lange Ridderstraete*, per plateam dictam *de Steenhouwersveste, over den Oever*, per plateam *de Cloosterstraete*, et deinde per magnam portam et aream templi, ecclesiam ingressa est in hunc modum :

Precedebant patres Ordinum Mendicantium conventualiter, quilibet Ordo sub sua cruce, et singuli deferebant in manu candelam unius libre ex alba cera non accensam : quam omnes secum detulerunt ad monasterium ac insuper unumquodque monasterium pro comitatu accepit 24 florenos.

Primo loco incedebant Revdi Patres Ordinis Minorum S. Francisci de Paula.

Secundo loco Rdi. Patres Beggardi.

Tertio R. Patres Augustiani.

Quarto R. Patres Carmelite.

Quinto R. Patres Minorite.

Sexto R. Patres Predicadores.

Post Ordines Mendicantium veniebant Dni Capellani et parvi Canonici, etiam cum candelis non accensis ejusdem ponderis ut supra.

Tunc sequebantur Rdi Dni Canonici Sti Michaëlis cum candelis accensis, et post illos Rdi Dni Canonici cathedralis ecclesie S. Marie, etiam cum candelis.

Deinde sequebantur 60 viri confratres ac decani gilde gladiatorum S. Michaelis, portantes singuli faces ardentes ex alba cera, qui pro comitatu acceperunt 120. florenos, et convocatur gilde, quem *cnaep* vocant, duos pattacones.

2) Van latere hand.

Post hos portabantur a fratribus junioribus Sti Michaelis vestimenta, et a tribus famulis in veste lugubri insignia prelatitia, vulgo *blasoen*, hoc ordine.

Unus ferebat crepidas sericas et alter caligas sericas pulvinari assutas; tertius et quartus ferebant singulas tunicellas abbatis pendentes in baculo, alter pedum, alter mitram et postremo loco famuli cum blasone.

Tunc sex seniores sacerdotes abbacie ferebant feretrum tectum panne albo cum cruce bissina alba (quod peractis exequiis expositum fuit per sex septimanas in capella S. Marie juxta locum sepulchri, ac tota capella cum altari tecta fuit panno albo cum cruce bissina et blasone super altare).

Post feretrum, ducente virgifero, primo loco veniebat frater germanus defuncti abbatis, Rev. admodum Dominus Guilielmus vander Sterre decanus cathedralis ecclesie Iprensis, et ad latus ejus Reverendissimus Dominus Ambrosius Capello, denominatus episcopus Iprensis.

Secundo loco Henricus Gerardi defuncti nepos, et ad latus ibat Rev. adm. et Ampl. Dominus Judocus Gillis, abbas Sti Bernardi juxta Schaldim.

Sequebantur bini, Dni fratres Sti Michaelis Norbertus Verschuyt et Norbertus Gerardi, nepotes defuncti cum paucis aliis consanguineis.

Domini Consules et domini de Magistratu invitati, qui pro comparitione ad exequias acceperunt convivium 200. florenorum in domo civica.

Domini Eleemosynarii universi, invitati cum toga, qui pro comparitione acceperunt 40. florenos.

Magistri Capelle venerabilis Sacramenti, qui pro comparitione acceperunt 25 florenos et pro debito mortuario 6. florenos.

Magistri Capelle B. Marie, pro comparitione 25 florenos.

Magistri ecclesie Sti Andree cum 4or togis, qui pro comparitione acceperunt 48 florenos.

Deinde sequebantur omnes amici et vicini monasterii.

Confraternitati Circumcisionis pro debito mortuario numerati sunt 12. floreni.

Confraternitati Sti Ambrosii pro debito mortuario 6. floreni.

Ecclesia Santvlietana pro pulsu 9. dierum accepit sex florenos.

Processione ecclesiam ingressa, Vigilie solemniter cantate sunt a religiosis abbacie, in presentia magistratus urbis, capituli canonicorum, ordinum mendicantium et frequentissimi populi. Ac postridie

mane hora decima major commendatio. Qua completa solemnis Missa Requiem cum musica a Priore Sti Michaelis cantata fuit, sub qua eruditissimus Dnus Macarius Simeomo, ejusdem ecclesie canonicus, sacre theologie licentiatus et lector, orationem funebrem dixit ac typis edidit.

Missa finita ac precibus coram feretro cantari solitis, omnes Domini Canonici Abbatie in loco capitulari elegerunt duos commissarios qui in aula Principis causam futuri novi abbatis agerent, videlicet D. fr. Radulphum Ceulemans, suppriorem et D. fr. Milonem vander Stock, pastorem et provisorem bonorum in Neeroeckerzeel. Quo facto convivium mortuarium celebratum fuit in majori aula abbatie, in quo preter omnes religiosos interfuere Amp.mus Prelatus Sti Bernardi ; R. D. Decanus Iprensis et quidam alii amici, numero octo vel decem.

* * *

VERGLEICH ZWISCHEN MARCHTAL UND DEM BISCHOF VON CONSTANZ

Die Bischöfe von Constanz suchten die Prämonstratenser-Abteien der Schwäbische Circarie zu Zahlungen für das Seminar und zu anderen Zwecken heranzuziehen.

Die Abteien aber wehreten sich, und mussten sich auch in Rom verteidigen, wobei sie die Hilfe des Procurator generalis anriefen.

Im Jahre 1735 kam ein Vergleich zu stande zwischen dem Bischof und die Abtei Marchtal. Das diesbezügliche Dokument lautet :

Nos Joannes Franciscus, episcopus Constantiensis, notum facimus et testamur quod cum monasterio Marchtallensi Ordinis Praemonstratensis ratione concurrentiae ad seminarium nostrum Marispurgense praesentem iniverimus conventionem.

Dictum monasterium mille ducentos florenos monetae imperialis receptori seminarii, una cum censu pro rato temporis decursu numerabit, hacque solutione semel praestita sese liberabit ab obligatione concurrentiae. Vicarii autem et parochi residentes in loco parochiae vel ad provisionem parochiarum exeuntes suam contributionis quotam juxta taxationem in capitulis ruralibus nuper conscriptam nobis presentatam extradent decanis capitulorum ad tempus et modum cleri saecularis.

Quod conventio isthaec ac praestatio contributionis ad seminarium neque privilegiis aut exemptionibus praefati Ordinis Praemonstratensis neque recessui die 19. Nov. 1699 inito quidquam obsit, sed